NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA

UNIVERSITAS STUDIORUM JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

Facultate Nobis a SERENISSIMIS olim POLONIAE REGIBUS & STATIBUS tributa & ab AUGUSTISSIMIS PROTECTORIBUS REIPUBLICAE CRACOVIENSIS confirmata, prosequimur nunquam satis laudabile institutum cultarum gentium, quo præstantius quodvis virtutis genus, laureæ quadam corona, aliove signo honoris solet exornari. Aequissimum sane est, ut Cives illi, qui se studiis honestarum artium ac scientiarum dicantes, publica operæ suæ in his strenue navatæ edidere specimina, eminentiori quodam gradu tituloque insigne publicum gloriæ suæ promeritæ adquirant documentum. Cum itaque DOCTISSIMUS ORNATISSIMUSQUE VIR

JOANNES STANISLAUS PRZYBYLSKI

CANONICUS LANCICIENSIS JUDEX SURROGATUS CONSISTORII EPISCOPALIS AC PRAEFECTUS SCHOLARUM PALATINATUS CRACOVIENSIS,

Polonus, Gradum DOCTORIS SACRAE THEOLOGIAE rite capessendum cupiens, Nos supplex adierit, atque juxta statuta Universitatis Nostræ in examinibus ex SACRA THEOLOGIA, nec non egregie elaborata Dissertatione, ac Disputatione ex Thesibus Theologicis publice absoluta, debitæ scientiæ & eruditionis opportuna specimina exhibuerit, quibus omnibus Nobis probavit in SACRA THEOLOGIA id meritum, quod doctissimum quemvis Candidatum reddit laborum suorum præmio dignissimum. Igitur auctoritate Nobis competente præfatum

DOCTISSIMUM ORNATISSIMUMQUE VIRUM *JOANNEM STANISLAUM PRZYBYLSKI*

DOCTOREM SACRAE THEOLOGIAE creavimus ac pronuntiavimus, tribuentes Eidem cuncta Privilegia ac prærogativas, quæ legitimo SACRAE THEOLOGIAE Doctori de jure & consuetudine, hic vel alibi locorum competunt. Jn quorum omnium fidem, Diploma hoc publicum majori Universitatis Nostræ Sigillo munitum a nobis subscriptum Eidem dedimus.

CRACOVIAE die 3 Mensis Octobris MDCCCXXVI. Anno.

Sebastianus Girtler
Universit. Cracov. Rector
Phil. & Med. Dr. & [illegible]

Josephus Jankowski J. U. & Phil. Dr.
Philosophiæ Profess. P. O. Secretarius Univ. Cracov.

Nicolaus Janowski S. T. D. Can. Cath. [illegible]
Theolog. Moralis Pastoralis et Eloquentiæ S.
Professor Ord. Facultatis Theol. Decanus

Adamus Krzyżanowski J. U. Dr. Cod. Civ.
Prof. P. O. Facult. Jurid. h. t. Decanus.

Ignatius Wozniakowski Medicinæ Doctor
ab Augustissimo Cæsare Austriæ Rege Apost.
honoris Numismate ornatus, Institutionum
Medicar. Chirurgiæ ac Artis Obstet. p. o. Prof.
Facult. Med. p. t. v. g. Decanus

Franciscus Sapalski Phil. Doct. Geom.
Descriptivæ et Mechanicæ Prof. P. O.
Facult. Phil. Mathem. Decanus.

Paulus Czajkowski Dr. Phiæ, Eloquentiæ
et Poeseos Professor Publ. Ord. Philosophico-
Litterariæ Facultatis Decanus.



NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA

UNIVERSITAS STUDIORUM JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

Facultate Nobis a SERENISSIMIS olim POLONIAE REGIBUS & STATIBUS tributa & ab AUGUSTISSIMIS PROTECTORIBUS REIPUBLICAE CRACOVIENSIS confirmata, prosequimur nunquam satis laudabile institutum cultarum gentium, quo præstantius quodvis virtutis genus, laureæ quadam corona, aliove signo honoris solet exornari. Aequissimum sane est, ut Cives illi, qui se studiis honestarum artium ac scientiarum dicantes, publica operæ suæ in his strenue navatæ edidere specimina, eminentiori quodam gradu tituloque insigne publicum gloriæ suæ promeritæ adquirant documentum. Cum itaque DOCTISSIMUS ORNATISSIMUSQUE VIR

JOANNES STANISLAUS PRZYBYLSKI

CANONICUS LANCICIENSIS JUDEX SURROGATUS CONSISTORII EPISCOPALIS AC PRAEFECTUS SCHOLARUM PALATINATUS CRACOVIENSIS,

Polonus, Gradum DOCTORIS SACRAE THEOLOGIAE rite capessendum cupiens, Nos supplex adierit, atque juxta statuta Universitatis Nostræ in examinibus ex SACRA THEOLOGIA, nec non egregie elaborata Dissertatione, ac Disputatione ex Thesibus Theologicis publice absoluta, debitæ scientiæ & eruditionis opportuna specimina exhibuerit, quibus omnibus Nobis probavit in SACRA THEOLOGIA id meritum, quod doctissimum quemvis Candidatum reddit laborum suorum præmio dignissimum. Igitur auctoritate Nobis competente præfatum

DOCTISSIMUM ORNATISSIMUMQUE VIRUM *JOANNEM STANISLAUM PRZYBYLSKI* DOCTOREM SACRAE THEOLOGIAE creavimus ac pronuntiavimus, tribuentes Eidem cuncta Privilegia ac prærogativas, quæ legitimo SACRAE THEOLOGIAE Doctori de jure & consuetudine, hic vel alibi locorum competunt. Jn quorum omnium fidem, Diploma hoc publicum majori Universitatis Nostræ Sigillo munitum a nobis subscriptum Eidem dedimus.

CRACOVIAE die 3 Mensis Octobris MDCCCXXVI. Anno.

Sebastianus Girtler
Universit. Cracov. Rector
Phil. & Med. Dr. & Prof.

Josephus Jankowski J. U. & Phil. Dr.
Philosophiae Profess. P. O. Secretarius Univ. Cracov.

Nicolaus Janowski S. T. D. [illegible]
[illegible] Moralis Pastoralis et Eloquentiae [illegible]
Professor Ord. Facultatis Theol. Decanus

Adamus Krzyżanowski J. U. Dr. Cod. Civ.
Prof. P. O. Facult. Jurid. h. t. Decanus

Ignatius Woźniakowski Medicinae Doctor
Ab Augustissimo Caesare Austriae Rege Apost.
Honoris Numismate ornatus, Institutionum
Medicae, Chirurgiae ac Artis Obstet. p. o. Prof.
Facult. Med. p. t. [illegible] Decanus

Franciscus Sapalski Phil. Doct. Geom.
Descriptivae et Mechanicae Prof. P. O.
Facult. Phil. Mathem. Decanus

Paulus Czajkowski Dr. Phiae, Eloquentiae
et Poeseos Professor Publ. Ord. Philosophico-
Litterariae Facultatis Decanus.

